



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//  
Canonicvm, Libri Qvatvor**

**Lancellotti, Giovanni Paolo**

**Basileae, 1566**

vij. De Extrema Vnctione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

tis racemis vnum vinum, ita & nos per hoc charitatis sacramentum Christo incorporati, vnum euadimus.

*Ponit, quomodo & quando tria, quibus cōstat sacramentum Altaris, sint sacramenta. h. d.*

*a cap. cū Mariæ. S. distinguē dum. extra. de celebra. missa.*

His igitur repetitis apparet, primum quidem sacramentum esse non rem, secundum & rem esse simul & sacramentum, tertium verò rem esse sed non sacramentum. Sed primū quidem sacramentum est geminæ rei, secundum est sacramentum vnius & alterius res, tertium verò res est gemini sacramenti.

## DE EXTREMA vntione,

### TITVLVS VII.

*Extrema vntio solet exhiberi ijs, de quorū morte dubitatur, & duplex vntio, exterior & interior & interiorem exterior designat. h. d.*

**H**Actenus loquuti fuimus de his sacramentis, quæ ad ingressum, & ad progressum in Ecclesia comparata sunt: consequens nunc est, vt de ijs videamus, quæ ppter egressum ab Ecclesia sunt constituta. Sciendum est igitur graui ter ægrotantibus, & de quorū morte probabiliter timeri potest, certas corporis partes sanctificato oleo à presbyteris ex institutione diuina inungi de-

bere: quæ quidem inunctio, nõ minùs interiùs animæ, quàm exteriùs corporis sanitatem operatur. Sunt enim vntionis duæ species, Exterior quæ materialis & visibilis, & interior quæ spiritualis est & inuisibilis. Exteriore visibiliter inungitur corpus, Interiore inuisibiliter cor inungitur. Hæc, quòd in extremitate vitæ constitutis exhiberi consuevit, merito extremæ vntionis nomen est sortita.

*Magis dignum trahit ad se minùs dignum. h. d.*

Sanctificatum autem oleum hoc loco accipimus, non modò, quod ipsum totum consecratum est, sed etiam quod est consecrato admixtum. Postquam hucusque de ijs sacramentis, quæ quoquo modo necessitatis sunt, tractatum habuimus: reliquum nunc est, vt de ijs loquamur, quæ dignitatis sunt & voluntatis.

## DE SACRAMENTO ordinis,

### TITVLVS VIII.

*Quid sit ordo. h. d.*

**V**oluntatis sacramenta sunt (vt paulò antè exposuimus) Ordo sacer, & Matrimonium. Est autem ordo, nihil aliud, quàm signaculū quoddam Ecclesiæ, per quod spiritualis pote-

*b cap. i. S. scire te. extra. de sacra. vntion.*

*c glos. si. cap. quod in du. b. i. s. extra. de consecrat. Ecclesi.*